



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 17. Hanc controversiam decidendi media.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

"jectis cæremoniis diutius usurpatis, si
 "tamen talia juramenta secundum il-
 "lorum veterum tenorem, quæ Ponti-
 "fex adducit, reipsa fuissent habita sive
 "a Carolo V., sive a Maximiliano I. non
 "esset credendum, hujus rei tabulas,
 "prout Papæ fautores concedunt, in Ur-
 "bis direptione fuisse deperditas, cum
 "hæ conservari soleant a Romanis Pon-
 "tificibus in arce Ælia, quo Clemens
 "VII. & se, & pretiosissima quæque
 "receperat.,

§. XVII.

Hanc controversiam decidendi media.

Eadem ratione Cæsarei cetera argu-
 menta a Romanis allata refelle-
 bant, atque exinde inferebant, quod
 Maximilianus juramentum a se peti-
 præstare non teneretur: cum autem
 summus Pontifex hanc Romanorum Re-
 gis constantiam probe prævideret, hinc
 jam antea, cum sua mandata dede-
 rat, Legatis injungebat, ut, si Ma-
 ximilianus flecti non posset, mox
 totum hoc negotium silentio involve-
 rent, ne ipsius animum magis exaspe-
 rarent: itaque moderatum hoc Ponti-
 ficis consilium effectui datum, quam-
 vis id nonnulli Romanæ Curie studiosi
 veluti nimis benignum reprobarent, at-
 que ægre ferrent, quod Pontifex omni-

*Pallav. c. 6.
 num. 13.
 Visc. lett. 59.
 du 26.
 D' Aout
 pag. 299.*

XVI.
 s Ro-
 batur,
 Reges
 t, id-
 tioni-
 moria
 menti,
 secun-
 illud
 te ha-
 con-
 vide-
 Vati-
 Caroli
 non
 enim
 tem-
 egna-
 illam
 Ro-
 prout
 mine
 indi-
 præ-
 non
 to il-
 fuit,
 ante,
 ebat;
 fusio
 modi
 ad-
 jectis

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

bus suis iuribus cederet: nihilominus per crebras sollicitationes impetrabatur primo, ut scriptum fide dignum de iuramento, quod Maximilianus Francofordiæ præstiterat, Romam mitteretur, ubi Archiepiscopus eidem regium diadema imponens ab eo sciscitabatur: *Vis Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino Romano Pontifici, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ debitam subjectionem, ac fidem reverenter deferre?* Rex vero responderat, *volo, ad hæc, & alia a se promissa obstringebat se iurejurando super Evangeliorum libro: insuper permittebatur, ut Maximiliani Orator ad Pontificem in suo cubiculo stantem deferret ejusdem Principis epistolam, qua se obstringeret ad exhibendum illi omne officium, omnemque professionem obsequii, quæ quovis tempore reperiretur exhibita ab ejus decessoribus, aut a Parente suo Ferdinando, aut a Patruo Carolo V. tandem obtinebatur, ut idem Orator in publico Purpuratorum Senatu descriptam recitaret formam illius reverentiæ, quam Rex sacrae Sedis deferret, simulque ibidem prælegeret epistolam Regis ad Pontificem, quæ tametsi non contineret vocabulum *obedientiae*, multum tamen *obsequii*, *subjectionisque* indicaret.*

His

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

His ita stabilitis post maturam de-
 liberationem ultro, citroque habitam
 in Patrum Senatu, qui anno priori Men-
 se Februario cogeatur, prælecta fuit
 latina Maximiliani epistola ad Papam
 his verbis concepta: „Beatissime in
 Christo Pater, Domine, Domine Re-
 verendissime, post demissam commen-
 dationem, & continuum incrementum
 meæ filialis observantiæ, mitto ad
 Sanctitatem tuam Georgium Comitem
 Elfestain, qui pro meorum decesso-
 rum more a te reverenter petat, ut
 ea peragas, & concedas post meam
 electionem in Regem Romanorum,
 quæ Sanctissimi Pontifices agere, &
 concedere consueverunt: itaque dum
 ego profiteor præstari a me Sanctitati
 tuæ, & Sanctæ Apostolicæ Sedi, nunc
 & in posterum, quidquid reperiretur
 præstitum a Majoribus meis, præci-
 pue a divis Maximiliano, & Carolo V.
 atque a Serenissimo Ferdinando, Do-
 mino, ac Parente meo, non dubito,
 a Sanctitate sua vicissim declaratum
 iri in præsentia benevolam erga me
 propensionem suam: me quidem sem-
 per reperies in officio observantissimum
 Sanctitatis tuæ, Sanctæque Sedis Apo-
 stolicæ, cui Deus immortalis prospera
 cuncta concedat.

Postea

minus
 abatur
 de ju-
 ranco-
 eretur,
 n dia-
 batur:
 ac Do-
 sancta
 tionem,
 vero
 alia a
 rando
 er per-
 tor ad
 m de-
 n, qua
 omne
 m ob-
 berire-
 s, aut
 a Pa-
 ur, ut
 torum
 am il-
 e Sedi
 egeret
 uæ ta-
 bediu-
 bjeo-
 His

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Postea summus Pontifex ex Cardinalium Consilio, consensuque electionem, de qua diximus, confirmabat, supplens defectus jam enarratos, & in eo actu distincte numeratos: postea vero decretum est, ut in sequenti Senatu, qui post biduum die septima Februarii habitus est, exciperetur Legatus Maximiliani tanquam Regis Romanorum Orator: qui delatis Principis sui literis fidem conciliantibus, consuetam orationem præmittebat, pollicitus in illa ejusdem amorem, reverentiam, observantiam, & obsequium, studiose tamen hac voce *obedientia* usus non est, sed ejus loco verbum hoc: *obsequium* usurpabat. (*)

§. XVIII.

Hispaniæ Regis Consilium de Inquisitione Mediolani instituenda.

Pallav. e. 8.
num. 2.
Thuan. l. 36.
initio.

Interea Philippus II. Hispaniæ Rex, cum sibi sat comprobatum haberet, quod tutissimum contra hæreses propugnaculum sacræ Inquisitionis tribunal esset, illud quoque in Mediolanensi Ducatu erigere constituit, ac Pontifex Regis hujus consilium ratum habens, eisdem hanc facultatem concessit: vix
autem

(*) Quod tamen, inquit Pallavicinus, latine idem sonat, ac obedientia.